HOMILIARIUM

Admont, 2. Hälfte 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26007
Copyright: Admont, Benediktinerstift

suetudine grauatur. Et mulier quedam erat in fluxu san
guinis ab annis xii. Mulier sanguine fluens, ecclesia est ex gen
tibus congregata. que ingenito carnalium delectationum pollu
ta fluxu atque coetu iam fuerat segregata fidelium. Sed dum uer
bum dei iudeam saluare decerneret. paratam iam promissamque aliis
preripuit spe certa salutem. Notandum quod et archisynagogi
duodecim annis sit filia. et mulier hec ab annis xii. san
guine fluxerit. hoc est eodem quo hec nata sit tempore illa
cepit infirmari. Una enim pene eademque seculi huius etate. et syna
goga in patriarchis nasci et gentilium natio cepit per orbem ydo
latrie sanie fedari. Nam et geminus fluxus sanguinis. hoc est.
et super ydolatrie prostitutione. et super his que carnis ac sangui
nis oblectatione peraguntur potest intellegi. Unde pulchre sa
cra refert hystoria. tempore quo dauid adhuc puer goliath
gygantem strauit. philistiim in finibus domim. idest sanguinum
fuisse castra metatos. quia uidelicet dominus ad bellandum mun
di principem humilis apparens. non modo opibus infructuosis sed et
religioni spurcissime deditos gentilium populos inuenit.
Ergo quamdiu synagoga uiguit. laborauit ecclesia. defectus illi
huius est uirtus. quia illorum delicto salus facta est gentibus. que in me
dicos erogauerat omnem substantiam suam. nec ab ullo po
tuit curari. Medicos seu falsos theologos. siue philoso
phos legumque doctores secularium. qui multa de uirtutibus
uitiisque subtilissime disserentes. utilia se uiuendi creden